UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jnstitutio moralis philosophie metrica

Horatius Flaccus, Quintus

Dauentrie, 1504

Ad Claudium Neronem

urn:nbn:de:hbz:466:1-70184

Visual Library

ꝺeamur quicquā nobis ꝑ ambitōem arrogare magis quā officio coacti petere. Captat ergo beniuolentiā a ꝑſona ſua. ꝗ niſi officio ſa neceſſitate cogaꝛ ſibi moleſtus nō ſit futurus Oſtendit petitionem honeſtā ꝗ ꝛ amicū ꝛ ſtudioſum hoīem ꝯmendat. Oſtēdit vtilem qm̄ a docto doctus doctrine fructū capere poſſit.

Ad Claudium Neronem

Septimius claudi nimirum intelligit vnus
Quanti me facias: nam me rogat ꝛ prece cogit
Scilicet vt tibi ſe laudare ꝛ tradere coner
Dignum mente: domoqꝫ legentis honeſta Neronis
Munere cum fungi propioris cenſet amici
Quid poſſim videt: ac nouit me valdius ipſo
Multa quidem dixi cur excuſatus abirem
Sed timui mea ne finxiſſe minora putarer
Diſſimulator opis proprie: mihi commodus vni
Sic ego maioris fugiens opprobria culpe
Frontis ad vrbane deſcendi premia: quod ſi
Depoſitum laudas ob amici iuſſa pudorem
Scribe tui gregis hunc ꝛ fortem crede bonumqꝫ.

Argumentum epiſtole .x.

Oſtendit poſſe ꝗdem hoīes in ꝓbitate vite. ꝛ in omni ꝟtute ꝯuenire. ꝛ tn̄ in ipſa vita vario viuēdi gn̄e delectari Componitqꝫ vrbanā ſimul ꝛ ruſticanā vitā ſed ꝑponit ruſticanā vitā qm̄ maioris ocij ſit ad tranquille viuendum ꝛ minora ꝛ minꝰ multa inſtrumenta exigat

Ad Fuſcum ariſtium

VRbis amatorem Fuſcum ſaluere iubemus
Ruris amatores: hac in re ſcilicet vna
Multum diſſimiles ad cetera poene gemelli
Fraternis animis: quicquid negat alter ꝛ alter
Annuimus pariter vetuli notiqꝫ columbi